



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Lvcaë Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia
Spiritualia Qvadragesima, De Sacrosancto Eucharistiæ
Sacramento**

Pinelli, Luca

Coloniae, 1608

Christvs Caipham ducitur. Matth.26.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59691)

DE PASSIONE CHRISTI. 29
CHRISTVS AD CAIPHAM
ducitur. Matt. 26.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA quomodo Christus ab Anna ad Caipham perductus fuerit, ubi scribæ & Pharisei falsis productis testimonijs, neci eum tradere moliebantur: sed vita Christi tantæ fuit probitatis & innocentiae, ut etiam falsæ istæ linguæ, nullum scelus quod ei imponerent, reperire potuerint.

II. **C**ONTEMPLARE quomodo summe maiestatis Dominus ante Caiphā ligatis manibus consistat, à quo cum adiuuaretur ut an DEI filius esset ediceret, cum se esse respondisset, ille velut in rabiem actus, vestimētis disruptis, exclamauit, Christum blasphemasse.

III. **A**SPICE quomodo tam impij & sanguinarij satellites IESVM mansuetissimum tractauerint, alapas impeerint, oculos obuelauerint, & faciem eius scedè cōspitauerint.

DOCUMENTA.

I. **F**ili cupis ut nec peruersæ lingue de te male loqui possint? fac ut opera tua à virtute
b 3 profi-

proficiantur, & veritate socientur.

2. Vide ut Caiphas, eò quod immortificatus & passionibus plenus esset, veritatem à Christo prolatam reputet blasphemiam; quare passionem omnes in te radicatus extirpa, quæ hominem excæcant, & illum recte iudicare non pariuntur.

3. Filium vel os oculos Christo, & faciem eius conspice, quando sanctas illius inspirationes parvipendis, à te rejicis, aut illis contraria facis.

COLLOQVIUM.

Quo pergis bone Iesus? quo satellites isti te abducunt? Noli obsecro pergere ad domum Caiphæ: illic enim sunt congregati Scribæ & Pharisei, iuratissimi hostes tui, qui te accusarunt apud Caypham, ut hominẽ seditiosum, & populi seductorẽ quinerã falsos testes inquirunt, ut falsis testimonijs contra te prolatis, neci te tradar. Verum ut video Domine nihil hæc te remorantur, imo magis accendunt flagrans desiderium cordis tui, quo pro mea & inimicorum tuorum salutem flagella & mortem perpeti desiderabas. O immensam charitatem. O amorem infinitum. Quam diuersæ ô Christe sunt cogitationes infelicitum Scribarum & Phariseorum à tuis: cum ipsi
omnes

DE PASSIONE CHRISTI. 31

omnes vias peruestigarent, quomodo te
morti traderent: tu cogitabas quomodo
eis vitam aeternam impertireris. Quando-
quidem ergo Domine tanta est charitas
tua, ut compatiaris & benefacias, illis qui
pestime de te merebantur, humiliter te ro-
go, ut mei etiam commiseratione tangaris,
qui quamuis te hactenus saepe offenderim,
deinceps tamen ex animo tibi seruire, &
tua gratia roboratus, gratissimam
voluntatem tuam in omnibus
actionibus meis perfice-
re deside-

80.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

CHRIST

